



**Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas,
Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera**

Busaeus, Johannes

Mogvntiæ, M. DCVI.

16. De transfiguratione Domini. Mat. 17.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70978](#)

SIDVA
putare phā
tamen inij
a.
es, iubemul
ait. Veni
mine salut
em apprehe
abitasti: q
, & natus
imiam Petri
o que virtute
aquas deinc
spectare non
e venisset. I
ora, nulla ad
natur amato
christum per
m vt occul
e ordinari. I
res humanae
si : tum vi
isse omniu
ratē colere
cepto cell
do enim ill
de & canit
eo omnes ic
dūt, omnes
aduer-

DE VITA CHRISTI DOM. 369

aduersitatum fluctus franguntur, vel certè
sine animi perturbatione tolerantur, non
secus quam si ad terram applicuissemus,
& in portu versaremur.

MEDITATIO XVI.

De Transfiguratione Domini. Matth.

17. Marc. 9. Luc. 9.

Iesus assump̄it Petrum, Iacobum & Ioannem in montem excelsum, ut oraret. Considera vitę æternę pulchritudinē non capi, nec veram Spiritus sancti consolationem accipi, nisi ab iis, qui vehementer amant cum his tribus Apostolis Christum, eiusque doctrinam; deinde mōtem mortificationis, aliarumque arduarum virtutum ascendunt, ac solitudinem diligunt, hoc est, sibi Deo, non mundo placere conuantur. 2. considera, mirabile Dei artificium, quo conatur nos ad vitę æternę desideriū, & rerum terrenarum contemptū ascendere: nempe corporis gloriosi splendorem ostendit, ut cogites, tum quanta sit futura anima gloria, tum ne refugias carnem cum anima exemplo Christi in hac vita crucifigere. Non enim condignae sunt Ro. 8. huius vita & passiones, teste Apostolo, ad futuram gloriam.

Aa

Trans-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Transfiguratus est ante eos, & faciens
sel. vestes autem eius, sicut nix, splenduerit.
apparuit Moses & Elias loquentes deinde
su eius. Considera Christum inter omnes
in monte esse transfiguratum, sicut & omnes
Mosis facies post sermonem cum Deo
bitum mirè resplenduit, ut discamus
re magis illustrari anima luce gratia
rumq; donorum spiritualium ac beneficiorum
feruentis orationis, vel colloquii cu[m] D[omi]n[u]m
2. cōsidera, quanto gaudio exilierint Mo
ses & Elias, quod videreat Dominum in esse
ne praesentem, quem tamdiu expectavant
& quidem tanta maiestate resplendentem,
secumq; loquentem de excessu suo, id est
passione & resurrectione, ipsorumque libe
ratione 3. perpende Dominum in summa
illa gloria misericordem tamē sermonem
te tam tristi, tum ut indicaret quanto da
derio patiēdi teneretur, tum ut nos doc
ret vi s: die bonorum, iuxta Sapientem, no
simus immemores malarum, rebusque pro
spere fluentibus, expectemus & aduenia

Eccl.
1.
3.

Tum Petrus ad Iesum. Bonum est, inquit
nos hic esse. Faciamus tria tabernacula: Li
ecce nubes lucida obumbravit eos, & vna
audita de cœlo. Hic est filius meus dilectus
&c, apostoli in faciem cecidere, quo sing

DE VITA CHRISTI DOM. 371

ESVS ait. Nolite timere, & tacere, quae vi-
derant, iussit. Considera, Petrum cum gut-
tulam deliciarum gloriæ æternæ degustas-
se; mox huius mundi voluptates fastidis-
se, cœlestis enim consolatio, facit hominē
esse extra se, & voluptatum mundanarum
oblivisci. Vnde disce & tu de futura felici-
tate animi & corporis cogitare, & facile
mundi illecebras, & carnis commoda de-
spicies, dicesq; si religiosus sis vel pię con-
gregationi adscriptus. Bonum est nos hic
esse, hoc est in cœtu, vbi occasio est con-
templandi res diuinæ, & multa bona ope-
re exercendi, animamq; saluandi. 2. Con-
sidera in hoc admirando mysterio totam
Trinitatem apparuisse. Nam Patris per-
sona declarata est voce. Filii vero in carne,
spiritus sancti autem in forma splendidæ
vobis, quia ille est, qui nos diuinorum cō-
solationum rore semper irrigat, & cœle-
stium donorum imbre perfundit. 3. con-
sidera Christum Apostolis mandasse, ne cui-
quam ante mortem suam hanc visionem
patefacerent, vt discas ea quæ ad honorē
& gloriam nominis tui pertinent po-
tius suppressere, quam pro-
palare multis.

AA 2 ME